Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Quanta sit legis oblig. c. 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

diuiunm ſimpliciter commiſſa.

Quanta ſit legis obligatio. Cap. 19.

NOn ſemper lex diuina obligat ad mortale, vt conſtat de mẽdacio iocoſo, & verbo otioſo, ſed tantum in materia graui, & actu deliberato. Humana etiam ciuilis, & Canonica ad mortale obligare poſſunt: cum videlicet ſuperiores id intendunt, vel materię aut pœnæ grauitas id demonſtrat, aut communis Eccleſiæ vſus, vel doctorum opinio hoc docet, vt de præcepto ieiunii, & communionis in Paſchate: agere autem contra verba legis, ſed ſecũdum intentionem illius, non eſt peccatum, modo id non facile fiat ſed cum cauſa vrgenti.